

met Sapientes? qui illius difficultatem 39

experti ad posteros more antiquorum
recepto eandem transmiserunt. Audia-
mus quid dicant. Rosinus. Philosophi
nil posteris suis de hac arte palam face-
revoluerunt; ita quod ea quæ in libris
suis figuratiue posuerūt sciri nequeunt,
nisi à Deo vel à docente ostēdātur. Ge-
ber. Artem inuentam non nisi solis no-
bis scripsimus, & non alijs, verissimam
tamen & omnino certam. Lilium. No-
stros libros non composuimus nisi no-
bis & filijs nostris: & qui ad intelligen-
dum eosvenerit, è nostris est; qui autem
non intellexerit, nobis contrarius est.
In eandem sententiam loquitur Mori-
enes. Sunt libri sub figura de hacarte
compositi, quorum pars maior mul-
tum obscura videtur nec nisi à suis com-
positoribus potest intelligi. Hortula-
nus dicit solum illum qui scit operatio-
nem lapidis, intelligere verba philoso-
phorum. Sic enim ille. O lector charis-
sime, si scis operationem lapidis, tibi di-
xi veritatem, si vero tu nescis eam, ni-
hil tibi dixi. Sed si interroget quis, qua-
re igitur scripserint, audiat auctōrē viæ
vniuersalis & Gebrum. Per hæc quæ di-
cemus, alliciemus te fili doctrinæ ad ip-
sam indagandā, & veraciter inueniēdā.

D 3

Sed

*Ad Euti-
chiam.*

*Sum. per-
fect. c. vlt.*

*In exposit.
tab herme-
nis.*

*Cap. vltim.
Sum. perf.*